Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iij Quid si post sumpt[i]onem sanguinis christi reperiatur super altare aliqua integra hostia

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Visual Library

brationem. in qua hoſtia ſumatur niſi graue ſcandalum timea-
tur euenire ex reſeruatõne. Si aũt omẽs ſint adeo parue ꝙ abſ-
qꝫ periculo tractari ⁊ reſeruari non poſſint. tunc ſumantur nõ
obſtante ꝙ prius ſumpta ſit ablutio. quia ꝗ̄diu ſacerdos ẽ in
actu ꝑfectionis ſacramenti ⁊ recollectõnis reliquiaꝝ. quicquid
fit dicitur fieri mox ⁊ in continenti nullo actu ꝯtrario interme-
dio. id eſt quaſi ſimul ſumeret om̃ia anteqꝫ cenſeat᷑ non ieiunus
Ubi etiam ſolutum eſſet ieiunium nõ obſtaret. quia p̄ceptuꝫ
de ꝑfectione ſacramenti minus eſt vt ſupra patuit. Cautũ ta-
men videtur vt ante ablutõnem reliquie diligenter ꝑquirant᷑
et recolligentur atqꝫ ſumãtur. Si vero dubium ſit vtrum reli-
quie iſte reſolute ſint de hoſtia ꝯſecrata. agatur tunc vt dictuꝫ
eſt. cũ hac tñ generali intentione ac conditione ſi ſint conſecrate

iij Quid agendum ſi poſt ſumptionem ſanguinis chriſti reperia-
tur aliqua hoſtia integra:

Solꝰ. Si certum ſit ꝙ ſit conſecrata ⁊ reperiatur ante ſumptõem ab-
lutionis. ſtatim ſumi poteſt vel reſeruari. Sic etiam agenduꝫ
eſt ſi ſupermanſerit aliqua hoſtia de eis de quibus alij cõmu-
nicati ſunt. Si poſt ſumptõnem ablutionis inueniatur reſer-
uetur pro viatico. vel in ſequenti celebratione ſumatur. Si ve-
ro dubium an ꝯſecrata ſit agat᷑ tunc eodem modo vt dictũ eſt
cum hac tamen conditione ſi ſit conſecrata

Dubiũ **iiij** Quid agendum eſt ſi quis poſt ſumptõnem corporis chriſti
ſtatum patiatur vomitum

Solꝰ. Reuerenter recolligantur ſpecies panis ſi diſcerni poſſint. et
reponant᷑ in ſacrario vel ſumant᷑ ab aliquo. ſi ſaltem aſſit aliqs
ad ſumendum diſpoſitus abſqꝫ nauſea. ⁊ ea in quibus inuẽte
fuerint ſpecies comburãtur. ⁊ cineres in ſacrario recondantur

v Quid agendum ſi quis poſt ſumptionem ſacramenti ex infir-
mitate ſtatim emittat per ſeceſſum quod ſumpſit

Solꝰ. Recolligantur ſpecies ⁊ fiat ſicut in caſu precedentis dubij.

vi Quid agendum ſi hoſtia conſecrata ⁊ reſeruata reperiat᷑ pu-
trefacta vel aliunde corrupta.

Solꝰ. Reuerenter tractetur ⁊ in ſequentis miſſe celebratõne ſumat᷑
poſt ſumptõnem ſanguinis. Si vero ſumi non poſſit recon-
datur in ſacrario.

vij Quid agendum eſt ſi hoſtia conſecrata comeſta fuerit a mu-
re vel ab aliquo alio bruto animali.

Solꝰ. Si animal ſtatim apprehendi poſſit aperiatur corpus eius ⁊
diligenter perquiratur tam in ore qꝫ in inteſtinis. ſi alique ſpe-
cies inueniri poſſint. que ſi inueniantur recolligantur ⁊ recon-
dantur in ſacrario. corpus vero animalis comburatur ⁊ cine-
res ſimiliter recondantur.

¶ Reſoluit q̄ttuordecim dubia circa vinum priuſqꝫ ꝯſecretur incidẽtia.

Arti. iiij. **I** Quod ⁊ quale debeat eſſe vinum vt ſit aptũ ad conſecranduꝫ